Sit omnibus notum quod ego Guillermus Tertoris al[illegible] parrochie de Turribus attendens me tenere ad directum dominium pro anniversariis [illegible] ecclesie
Monasterii Sancti Danielis Gerunde quandam meam feciam terre existentem in plano de Turribus que fuit venerabilis Eymerici de Vsallio et continet duas
versanas et mediam et confrontatur ab oriente in honore den Pug de Ras parrochie de Samonibus a meridie in alia mea fecia quam teneo ad directum dominium
pro camerario Monasterii de Balneolis ab occidente in terra mansi Bartolomei de Crosanyes et a circio in alia mea terra quam teneo ad directum do-
minium pro camerario predicto et cum ipsa fecia terre minime sit onerata censu trium migeriarum frumenti ad mensuram decibile fori de Balneolis
que censum inde facio anuatim in festo Sanctorum Petri et Felicis [illegible] est michi expediens feciam terre renunciare quam ulterius sub dicto censu amore
retinere. Ideo certificatus super hiis sciens et instructus quo ad hec de iure meo existens in presencia [illegible] vestri discreti Petri Mathia cappel-
lani et procuratoris dictorum anniversariorum dicti Monasterii Sancti Danielis gratis et ex certa sciencia dictam feciam terre superius confrontatam vobis
dicto Petro Mathia tanquam procuratori dictorum anniversariorum et eisdem anniversariis diffinio et renuncio ac dimitto ita quod de cetero absque impedimen-
to et contradictione mei et meorum possitis vos et vestri successores in regimine et procuracione dictorum anniversariorum ad manus vestras recipere [illegible]
vendere alienare seu stabilire ~~vel tenere~~ proprium retinere. Ego enim cedo et dono vobis ut procuratori predicto ac dictis anniversariis in dicta fecia
terre omnia iura et invocationes meas voces raciones et acciones reales et personales et alias quascumque quibus possitis vos et dicti suc-
cessores uti agere et experiri in iudicio et extra agendo et deffendendo et aliis cunctis modis prout ego facere poteram ante huiusmodi instrumenti
confeccionem faciens et constituens vos et dictos [illegible] successores predictos veros dominos et procuratores ut in rem vestram [anniversariorum] [illegible] ad agendum et
deffendendum aliquid inde libere faciendum vestras omnimodas voluntates. Et restituo ac trado vobis presens instrumentum stabilimenti de dicta fecia terre
dicto Jacobo Tertoris quondam avo meo per venerabilem Eymericum de Vsallio quondam confectum quarto idus Januarii anno domini millesimo ccc°
sexto decimo et clausum per Bernardum de Veraco notarium Balneolarum et est per alphabetum divisum promittens vobis et notario infrascripto ut publice persone
nomine dictorum anniversariorum et quorum interest et intererit in futurum stipulanti et legitime recipienti ac eciam iuro sponte per deum et eius sancta
quatuor evangelia a me corporaliter tacta predictam diffinicionem et renunciationem ac remissionem et alia omnia et singula supra scripta semper
rata grata et firma habere tenere et servare et nullatenus contrafacere vel venire aliqua racione. Actum est hoc Gerunde decima nona die men-
sis Augusti anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo [illegible] Signum Guillermi Tertoris predicti qui hec firmo et laudo. Testes huius rei sunt
Petrus Colomerii et Thomas Ferran scriptores commorantes Gerunde.

Signum Petri de Ponte notarii publici [illegible] substituti [illegible] regia [illegible] de [illegible] qui [illegible] hec scribi feci et clausi cum raso et
emendato in linea [illegible] ubi dicitur [illegible] et cum supraposito in eadem linea ubi ponitur anniversariorum.

Corts.

nº 1035

Renunciatio feta per Guillem Texidor, ~~de Sers~~ àls Guillem Jaume, de la Cellera de Corts de un feixa de terra situada en dita [illegible] als Aniversaris del monastir de St. Daniel. A. 19 agost 1400.

Fundacions

1097

T 384 x 425

nº 1035